

1565. 10. Martii

Ex Archivo Capitali Varniensi

541

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus  
Dux Littaniae Prussiae Masoviae &c. Dominus et Haeres.

131  
Iis Vincentio de Zale Dobrineri Gregorio de Krakowice Dy-  
pineri Castellanis. Stanislaw Sierakowski Succamerario, in ab-  
sentia eius Camerario, Erasmo Lochocki Iudici, Jacobo Mo-  
szczynski Dapifero, Martino Chetnicki Notario Tribus Do-  
brynensibus, Stanislaw Maliszewski Iudici Cereb Bobrownicensibus  
fidelibus Dilectis Gratiam Regiam. Iis fideles Dilecti. Quaeruntur  
Nobiles, Albertus, Bartholomaeus, Georgius, Nicolaus,  
et Sebastianus Nadroszci se injuria officii occasione cujus-  
dam loci, pro extruenda piscina loci Lozysko communi nutri-  
tione appellati, in sorte nostra Bonorum Starostarum con-  
sistentis, tenentis Nobilis Georgii, Nobilis olim Stanislawi Ba-  
linski filii et Successoris legitimi, quem quidem locum cum  
conquerunt praedicti suum esse, atque id ita se habere certis  
documentis probari posse asserunt. Nos ubique quod su-  
um est tribuere volentes, negotium ejusmodi rei cogno-  
scentia, et fine debito terminanda, fidelitatibus vestris quo-  
rum integritas, juris peritiam, et aequitatis studium nobis  
est commendatum, Damus, et committimus presentibus  
mandantes, ut certo die et tempore aliquo, ad id mutuo con-  
sensu constituto, auctoritate nostra, qua in hac parte nos  
fungi volumus, vocati ad se partibus, quarum interest  
et earum propositionibus et responsis exauditis, juribusque  
et munimentis, quibus viti voluerint revisis et cum ma-  
turitate recensitis, accepto insuper hominum fide digno-  
rum sufficienti testimonio, etiamsi opus fuerit medio

N 122. f. 1.

Dobrinensia. Privata

corpo  
E

corporali juramento, veritatem rei inquirant, atq; omni fa-  
vore et odio reposito, sed solius Dei et justitiae memores, cau-  
sam ejusmodi prout justum aequumq; fuerit decidatis, et  
fine debito determinatis, unius, duorum, trium vel quatuor  
vestrum absentia non obstante. Facturi pro Gratia Nra et  
pro officio suo debito. Datum Petricoviae Die 1. Mensis Mar-  
tij Anno Domini M. D. L. X. V. Regni Nostri XXXVI.

L.S.

Ex Commissione J. R. Mitis  
propria.

w sprawie Nadwójnick braci o Sadzawke, Wyrok Uzoła